

Georg Christoph Detharding

**Programma Quo Ex Decreto Facultatis Medicae In Academia Fridericiana
Buetzoviensi Georg. Christoph. Detharding, Facult. Med. Decanus,
Dissertationem Inauguralem Dn. Mauritii Marci Martini Augustiss. Dan. Regis
Medici Castrensis De Nimio Et Improvido Corticis Peruviani In Febris
Intermittentibus Usu Comitatur, De Causis Recidivarum Februm Intermittentium
Quædam Præfatus**

Buetzovii: Typis Johann. Gotth. Fritzii, [1763]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn88087502X>

Druck Freier  Zugang




Universität Bützow


Med. Fak. 1763

Detharding/Martini

Bützow 004.1-2



PROGRAMM
PHYSIKALISCHES INSTITUT
GEORG CHRISTOPH
MARTINI
BRUNNEN
PHYSIKALISCHES INSTITUT
BRUNNEN



PROGRAMMA

QUO

EX DECRETO FACULTATIS MEDICÆ

IN

ACADEMIA FRIDERICIANA
BUETZOVIIENSI

GEORG. CHRISTOPH.
DETHARDING,

FACULTAT. MED. DECANUS,

DISSERTATIONEM INAUGURALEM

DN. MAURITII MARCI MARTINI

AUGUSTISS. DAN. REGIS MEDICI CASTRENSIS

DE

NIMIO ET IMPROVIDO CORTICIS PERUVIANI IN
FEBRIBUS INTERMITTENTIBUS USU

COMITATUR,

DE

CAUSIS RECIDIVARUM FEBRIUM INTERMITTENTIUM

QUÆDAM PRÆFATUS.



BUETZOVII

TYPIS JOHANN. GOTTH. FRITZII, SEREN. PRINC. AUL.
ET ACADEM. TYPOGR.

1763.28. Febr.

PROGRAMMA

QUI

EX DECRETO FACULTATIS MEDICAE

IN

ACADEMIA FRIEDERICIANA

BUTZOVENSIS

GEORG. CHRISTOPH.

DETHARDING.

FACULTAT. MED. DECANI.

DISSERTATIONEM INAUGURALEM

DR. MAURITII MARCI MARTINI

AUGUSTISS. DAN. REGIS MEDICI CASTRENSIS

DE


INIMIS ET IMPROVIDO GORTICE INFLUENTIA IN
FEBRIBUS INTERMITTENTIBUS USU

CONTRA

DE

CAUSIS RECURRENTIUM FEBRILIUM INTERMITTENTIUM

QUADAM REPERITIO




BUTZOVII

TIBIS JOHANN. GOTTF. FRIDR. BERNH. PRINCE. AUSTRIAC. ET ALIEN. TIBICIN.



Si quid est, quod in hunc usque diem ruspatoribus oeconomiae animalis, ejusdemque mutationum, negotium exhibuit prope modum infructuosum, sane typus februm intermittentium legitimarum, sive exquisitarum huc referri meretur. Morbi hi omnium frequentissimi in eo differunt a quibuscunque reliquis febrilibus infultibus, ut per intervalla saltem aegrotos corripiant, stas & praefiniendis horis suas exserant exacerbationes, & pro modulo typi, vel singulis, vel ternis, vel quaternis diebus recrudescant, quinimo duplicatis, imo triplicatis paroxysmis, ratione temporis invasionis, durationis & vehementiae cum invicem examulsum conspirantibus, se manifestent, quarum historiam medico-clinicam, tanquam satis notam, ordine delineare velle, plane



plane supervacaneum duco. Phœnomena hæc, utut evidentiâ satis, nihilo secius tamen qualitatibus sic dictis occultis ascensenda, quando ratio concinentium istorum accessuum sufficiens desideratur. Principiis Stahlîanis innutriti Animam rationalem pro causa harum febrium efficiente agnoscunt, quatenus materiam peccantem minus deleteriam reputans, ad eandem debellandam, non continuo impetu, prout in acutis consuevit, sed per vices insurgit, donec subacta & evacuata materia hostili, ab ulterioribus reactionibus conquiescat. Mechanicorum placita deamantes in motu partium tam solidarum, quam fluidarum reciproco, regulis naturæ mechanicis adcommo- dato, formale febrium intermittentium collocant, secundum quas itidem mutationes ætatum, & crisi- um febrium acutarum, numerum septenarium respicientium diriguntur. At, vel me tacente, quivis facile perspiciet, omnes has hypotheses insufficientes esse vel unicæ saltem quæstioni resolvendæ: cur febres quartanæ legitimæ tempore pomeridiano accedant. His tamen non obstantibus, ars salutaris defectus alicujus insimulari haud poterit, quin potius, innumerabilibus sanitati in integrum restitutis febricitantibus confirmatum, esse in potestate Medici, febres tales, rite administrata methodo, funditus extirpandi. Equidem non desunt exempla horum, qui profligata licet febre, recidivas tamen passi sunt; præsertim cortex Peruvianus a vulgo accusatur, quod febres perfectæ, absque metu recrudescentium paroxysmorum curare haud semper valeat. Verum, si dicendum, quod res est, causam harum recidivarum non antifebrilibus medicamentis, multo minus cortici, qui sane ob polychrestas suas, sic & febrifugas virtutes, divini remedii titulum meretur, sed intempestivo eorundem usui, aliisque rebus procatartîcis esse tribuendam, quivis a præjudiciis liber facile perspiciet, modo sollicitè in eandem inquisiverit: Febres namque patiuntur recidivas

i. Quando Cortex, aliaque antifebrilia prius propinantur, quam causa materialis correctâ, præparata, & ex corporis pome-




moeriis proscripta est. Suppresso namque fomite febrili, ubicunque delituerit, a suis compedibus iterum liberato, exacerbationibus novis anſa ſuppeditatur.

2. Quando relegata febrī, nimis cito ab uſu corticis abſtinent. Præſertim hoc valet de iſtis, qui hos paroxyſmos diu perpeſſere, ut in habitum & conſuetudinem degeneraverint, & continuent, cauſa materiali jam remota.

3. Quando, e contra, vix a febre liberati purgans paullo validius aſſumunt; retrovocantur tali modo humores ad interiora, ſufflaminatur adhuc continuanda inſenſibilis tranſpiratio, & a primarum viarum motu concitatiore, levi negotio, circulus ſanguinis febrilis reſuſcitatur.

4. Quando ſanitati nimis conſiſi, a cauſis februm procatarticeis non ſatis cavent, quorſum referenda aura frigida & humida, imprimis locorum concameratorum, & impuris effluviis referentorum, qualia templa eſſe ſolent. Tranſpiratio ſiquidem per poros cutis, ad reliquias februm eliminandas adhuc neceſſaria, hoc ipſo itidem inhiberi poterit. Pariter & cibi dyſpepti, piſces mucagine pingvi reſerti, & potiffimum quæcunqve lactinia, atqve ex his parata eſculenta, qvatenus cruditates denuo ſanguini & humoribus reafſunduntur. Hinc non mirandum, Inventorem famoſi antiqvartii Berolinenſis D. du CLOS, quamvis ægrotos nullæ Diætæ adſtrinxerit, attamen lac eiſdem interdixiſſe.

5. Quando ante, & circa illud tempus, quo febris olim invadere conſuevit, cibos capiunt, & corpus qvodammodo calens frigori exponunt. Docuit namqve experientia, ſenſibilitatem naturæ circa has horas adhuc eſſe majorem, ex qua proclivitas eminens ad reafſumendos motus ſibi olim familiares. Hoc momentum tangit imprimis febres qvartanas, utpote quæ, hoc neglecto, facillime repullulare, ſicque per annum




num & quod excurrit, ægros excruciare valent. Adtenta observatio recidivarum, post decursum plurium septimanarum denuo insurgentium, tantum non semper deteget, has diebus præcedaneis febrilibus respondere solere, proinde non inconsultum foret, ut remota febris quartana, in calendariis dies febriles per mensem & ultra notentur, ne, deleta horundem memoria, ansa accessionibus febris novis suppeditetur.

Sed ad id me jam converto, cujus potissimum gratia hæc qualiacunqve ex more præmitti debuerunt. Adest, qui ad summos in arte nostra Salutari Honores adspirat

DN. MAURITIUS MARCUS MARTINI

Qui vitæ suæ curriculum his verbis descripsit:

„Ego, *Mauritius Marcus Martini*, patre *Bernhardo Antonio MARTINI*, architecturae militaris Praefecto vicario, artisque pyrotechnicae Magistro, Matre *Margaretha Elisabetha BEHRENS*, anno reparatae salutis huius seculi vigesimo tertio, die VI. Augusti, in itinere, quod carissimus Pater meus, a REGE Danorum Potentissimo Haderslebia Hafniam evocatus, susceperat, in ipso mari Balthico in lucem editus sum. Nec defuerunt optimi hi Parentes officio suo, sed simulac per aetatem id fieri poterat, pietate me, & iis artibus, quibus tenera aetas ad humanitatem informari solet, imbuendum curarunt. Traditus deinde moderamini Collegii Medici ac Chirurgici, quod Hafniae floret, praeter caetera, Anatomiae & Chirurgiae prima fundamenta ieci, & inprimis ductu Dni. Professoris *Johannis KRÜGERI* cursum Anatomicum & Chirurgicum audiivi, & absolvi. Tribus annis in hisce exercitationibus consumtis, Berolinum, ut ingenium & artem ulterius excolerem, Regiis suffultus subsidiis, iter instituti, ibidemque praelectionibus, aliisque exercitamentis clarissimorum in arte salutari virorum, per annum & quod excurrit, sedulus interfui, & in primis in physicis
„Dnum




„Dnum *Joannem Theodorum ELLERS*, in Anatomicis & do-
„ctrina de materia medica, Dn. *Samuelem SCHAARSCHMIDI-*
„*UM*, in Botanicis & iterum in materia medica Dn. *Carolus*
„*MARGRAFIUM* magno meo commodo auscultavi. Cum iam
„in eo essem, ut iter in Galliam pararem, Regiis mandatis exci-
„tatus, patrios revisi lares, & a REGE clementissimo numero
„chirurgorum castrensi me adungere iussus sum, in quo qui-
„dem officio per aliquot annos omni diligentia in usum conver-
„tere annisus sum, quae ad chirurgicas s. externas non minus,
„quam ad medicas s. internas curationes recte expediendas, ex
„Praceptorum fidelissimorum institutione acceperam, in qui-
„bus, per Dei gratiam, haud infelici successu me defudasse, meo
„iure haud arroganter affirmare possum. Quae mea industria
„*MARCHIONI CULMBACCENSI* se ita probavit, ut mihi
„corporis Sui curam, usque ad beatam Ipsius mortem clemen-
„tissime committeret. Dehinc anno seculi praesentis quinquagesi-
„mo secundo fere praeterlapso, Hamburgum adii, medicinam
„ibidem facturus, id quod ab eo tempore, ad hunc usque diem
„non sine emolumento aegrotantium me praestitisse, magna
„cum voluptate recordor. Cum vero Hamburgi degens nec il-
„los negligendos esse putarem, qui ex Regio exercitu auxilia
„mea flagitabant, iisque curandis non infelicem operam impen-
„derem, Augustissimo ac Potentissimo Danorum REGI, Princi-
„pi longe clementissimo, adeo mea in his placuit industria, ut
„hoc anno seculi labentis sexagesimo secundo, me in Medicum
„castrensem promoveret, & dignum judicaret, cui curam cor-
„porum copiarum suarum, dato diplomate, quam clementissi-
„me demandaret.


Huic relationi omni fide dignæ adhuc addendum, Colle-
gium Medicum, quod Haffniæ floret, examine rigoroso Candi-
dati nostri eruditionem acquisitam tentasse, Eundemque depre-
hendisse in doctrina, quæ Medicum ornare solet, liberaliter in-
stitutum. Quæ & ratio fuit, cur, teste Diplomate Regio in co-
pia



pia vidimata transmissio, AUGUSTISSIMUS Danorum MONARCHA, Spartam Medici Castrensis Eidem concedere haud dubitaverit. Solet autem esse propemodum perpetuæ consuetudinis, ut hoc munere functi titulo Doctoris Medicinæ ornentur, nec ab hac recedere voluit Candidatus noster, sed desiderium suum, ut absentis honores in arte salutari summi impertirentur, Facultati nostræ aperuit, quandoquidem concatenata Ejus negotia clinica iter huc suscipiendum prohibeant. Nec huic deesse voluit Facultas, cum ex adjuncto Specimine inaugurali *de nimio & improvido corticis Peruviani in febribus intermittentibus usu*, proprio Marte elaborato, acquisitam Ejus eruditionem intellexerit; sed impetrata SERENISSIMI nostri DUCIS clementissima concessione, supra nominatum Medicum Castrensem, voti & honesti petiti participem reddere decrevit. Faxit summum Numen, ut porro Ejus conamina, in nominis sui honorem, & proximi emolumentum cedant!

P. P. Sub Sigillo Facultatis Medicæ d. 28 Febr. MDCCLXIII.









est. Suppresso namque fomite febrili, ubi a suis compedibus iterum liberato, exacerbata suppeditatur.

relegata febrī, nimis cito ab usu corticis ab hoc valet de istis, qui hos paroxysmos diu habitum & consuetudinem degeneraverint, a materia materiali jam remota.

Contra, vix a febre liberati purgans paullo retrovocantur tali modo humores ad interiora adhuc continuanda insensibilis transpiratio, & in motu concitatori, levi negotio, circulus defuscitur.

Sanitati nimis confisi, a causis februm provocant, quorsum referenda aura frigida & humorum concameratorum, & impuris effluviis repleta esse solent. Transpiratio siquidem per vias februm eliminandas adhuc necessaria, prohiberi poterit. Pariter & cibi dyspepti, pisces asperiti, & potissimum quaecunqve lactinia, & esculenta, quatenus cruditates denuo sanas reaffunduntur. Hinc non mirandum, Inventi quartii Berolinensis D. du CLOS, quamvis aqua adstrinxerit, attamen lac eisdem inter-

ante, & circa illud tempus, quo febris insuevit, cibos capiunt, & corpus quodamori exponunt. Docuit namque experientia, quod circa has horas adhuc esse majorem, exminens ad reassumendos motus sibi olim famientum tangit imprimis febres quartanas, ut neglecto, facillime repullulare, sicque per annum

) 3

num